

## CORRECTIO

argento viuo crudo hoc facere potest, scilicet naturas referare & aperire, vt vnaqueq; res vicina, sit suæ naturæ adiuuamen. Ideo si dissoluitur argentum, inueniet argenteam naturam, & si aurum, inueniet auream, si plumbum plumbeam, &c. per ipsorum sulphur congelatur. Vnde Philosophus, Sed non alia corpora quæ suam naturam non participant, sicut tu quæris in multis foetidis rebus & immundis, Et ideo particulariter possibile est ex vtraq; parte ex eo fieri aurum & argentum, & in alijs corporibus non, vt audiuisti.

Nota, duplex est solutio corporum in Mercurium per Mercurium, & in aquam Mercurialem: Prima solutio requiritur ad particularia. Secunda ad vniuersalia.

Prima solutio corporum in Mercurium non est alia, nisi resolutio, id est, per solam resolutionem seratum aperitur, propter ingresum naturæ vnius in aliam, & ista resolutio est in particularibus.

Secunda solutio est in aquam Mercurialem & fit vniuersaliter, Et illa fit, non per solam dissolutionem sulphuris immaturi in Mercurium, sed per putrefactionem corporis & spiritus in humido. Cum putrefactio omnium naturarum ad inuicem ligatarum est solutio & separatio. Et sic partes ligatæ ab inuicem separantur, & vnaqueq; pars ab  
alia